

Auxiliante JEhovâ
Disputatio Juridica,
D E
**JURE CONNU-
B I O R U M,**

*Ex approbatione & sub Moderamine
VIRI*

Nobilissimi, Consultissimi & Excellentissimi,

DN. MICHAELIS Gyller Stalpes
WEXIONII, J.U.D. ejusdemq; Polit. & Hist: in
Inclita Academia CHRISTINÆ Professoris celeberrimi,
Præceptoris, Promotoris & Mæcenatis quovis obsequij
& honoris genere plurimum prosequendi.

Authore & Respond.

BENEDICTO Gustavi Qweckfeldt

S U D E R M A N N O.

Publicæ disquisitioni exhibita, ad diem u[erbi] f[est]i An. 1652.

Phocylides:

Μή μείνηται γαμΩ, μή σως νόμημ@ ολυμπι

Δ@. τι φύσει καὶ δύντος τέχος δε ἐμπαλιν ὡς ἐλογένθης

A B O E

Excudebat Petrus Wald/ Acad. Typog: 1652.

Admodum Reverendo & Praclarissimo in CHRISTO
Patri ac DOMINO.

Dn. M. ISAACO ROTHOVIO,

Amplissimæ Dioecesis Aboensis Episcopo gravissimo,
Regiaeq; Academie, quæ Aboæ est, Procancellario Eminentissi-
mo & Dignissimo, Patrono suo optimo, Promotori propensissi-
mo, & instar patris omni filiali obsequio humilitèr profe-
quendo æternumq; suspiciendo & venerando,

Nec Non.

Plurimum Reverendo ac Excellensissimo

V I R O:



Dn. M. SVENONI LAU-

RENTII VIGELIO, S. S. Theolo-
gia in Acropoli Aboensi Professori celeberrimo, Ecclesiæq;
quæ in Saga colligitur Pastori vigilansissimo, Hospiti suo
liberalissimo, Promotori & cognato omni honoris
cultu devenerando.

Ut Et.

Spectatissimo ac Prudentissimo, VIRO

Dn. A C H A T I O W Rång/

Holmiæ Regij Ammiralitatis collegij Fiscali solertissimo,
hospiti quandam suo benignissimo, studiorumq; suorum
promotori certissimo, & affini quovis observantie offi-
cio, honorisq; cultu summe colendo.

Hoc Themidos Exercitium submisæ
& officiose offert

B E N E D I C T U S Quedfeldt
Auth. & Resp.

DISPUTATIONIS JURIDICÆ

Dc

CONNUBIO.

Thesis I.

UT matrimonium est præcipuus & primus modus patriæ potestatis constitutio[n]e. *Th. 19. Nobiliss. Dn. Praesid. Disp. de Iur. Pers.* Ita quoq; nihil in rebus mortalium perinde venerandum est atq; illud ipsius, ex hoc quippè liberi omnisq; deinceps sobolis series existit. *const. 2. Nov: Inst:* Est certè radix & fulcrum nobile vitæ: ut sonat versus Nanziazeni. Quodq; igitur cum divinitus sit instituta ordinatio. *Genes: 2. v. 24. omnibus honorabile Heb. 13. v. 4.* minimè spernendum: *Matthls 9. v. 12.* Quia sine hominū propagatione humana amplius societas continuare nequit: quæ si absq; propagatione & homuncionum multiplicatione subsistere posset, frustra tum generalis illa benedictio Divina (crescite & multiplicamini) ore divino proleta esset: quod à Divinâ prudentiâ alienum est & absurdum. Nobilem idcirco hanc materiam variarum qua[stionum utilissimarum referam pro ingenij modulo paucis & brevibus positionibus delineare animus est.

I. Antecedentia matrimonij (sz. sponsalia) in primis delibare par est, nam sunt initium matrimonij ut inquit Ictus: quæ licet nuptias in contrahendo antevercant, ita in corū tractatus, nuptiarū antecedere dicitur ut

tēr promittit conjugium. Et ex his nascitar efficax & fir
ma obligatio, ut alter ad alterius petitionem cōpelli pos
sit ad consummandum matrimonium. Conditionalia
autem dicuntur quæ sub conditione contracta sunt, hoc
est, quæ propter aliquem casum vel eventum differuntur
eā conditione, ut si ille casus vel eventus pro voto successe
rit, matrimonium tum erit consummandum.

VIII. Accessum facimus ad definitionem matrimo
nij: Et definiuntur Nuptiæ quod sint maris & fæminæ
conjunctio. consortium omnis Vitæ, divini &
humani juris communicatio. *I. 1. ff. de ritu Nupt.* Hoc
est: Est unius maris & unius fæminæ non plurium *c. 2.*
Giff. 2. L. St. L. §. Hög. b. L. L. 3. St. L. Secundum le
ges non nuda conjunctio corporum facta, (quæ etiā
extra matrimonium esse potest) Sed quoq. animorum.
Ambr. lib de virginib. hab. 27. q. 2. Quam deinceps confir
mat & perficit commixito corporalis; Quia eo animo cō
trahitur ut nunquam dirimatur *Genes. 2. 24. luc. 16. Math.*
3. 1. corinth. 7. Sed ijsdē fortūæ flatibus *I. 8. ff. de Spons. I. 16. §. 2.*
ff. de ritu Nupt. I. 22. §. 7. solut Matri: contra hentes usq; ad ex
ternum vitæ halitum exponantur. c. 28. Jord. b. L. L.
§. 1. Quæ indissolubilis conjunctio verbis copulationis qui
bus conjunguntur exprimitur: Est porrò humanū fortuitis
casibus mulieris maritum vel uxorem viri, participem es
se, ut inquit ulpinianus *I. si cum dote. g. si maritus ff. solus*
Matri: Ex hac autem definitione evidens prohibitio est r.
Polygamiae ut vid. cit cap. Giff. b. L. L. St. L. nec non
Högm. b. L. L. St. L. nam qui uno matrimonij jugo pre
mitur alterum subire non potest. *2. Sodomiae, levit. 30.*
I. Corinth. 6. 3. Diversarum specierum commixtio
niis?

IX. Necessaria igitur & potissima requisita justas nu
ptias

ptias constituentia sunt i. Ut contrahentes sint secundum leges matrimonij capaces, hoc est, ne contrahant in defec-
tu etatis, quia sic consensum adhibere non possunt, nec matrimonij onera sustinere. 2. Ut contrahant legitimo modo, qui includit i. Liberum consensum contrahentium, nam coactus est contra essentiam matrimonij.
2. Eorum quorum potestati sub sunt vidz. parentum. Horum enim consensum adhibere Naturalis & civilis ratio trahet Inst. b. t. in prime. Conf. c. i. Giff. b. L. L. Et. L. l. 12. cod. lib. s. tis. 4. Ut ut tamen requiratur hic consensus parentum, nec idcirco filium familias invitum a parentibus ad uxorem ducendam cogi legum disciplina permittit l. 12. 14. cod. b. t. de nupt. l. 134. infra de verbis obligat.

X. Jure Naturali consensum parentum de necessitate adhiberi evincitur. Quia si filii inscijs parentibus, & invitatis contrahant, omnino sunt ingratiti parentibus immotigeris subducentes se eorum potestati quos eis Deus & natura præfecit. Est & æquum parentes qui ad illam usq; ætatem liberos educarunt eum honorem consequi ut liberorum matrimonij sive nuptijs consentiant, atq; post testatem eos elocandi habeant, quo eorum matrimonia felicius succedant; Nam vix quispiam dexteriori modū lo aliqui consulere & subvenire satagit quam parens libet. Quod fieri naturalis illa mutuaq; affectio & amor jubet.

XI. Porro jure Civili requiritur omnino consensus parentum l. 2 ff. De rite Nupt. l. si ut proponit 2. cod. de nupt. Cum deceat parentes esse sollicitos pro liberis ut uxores & maritos inveniant l. qui liberos de rite Nupt. l. in potestate manente filia de spons. l. ii de spons. Nam justas inter se nuptias contrahunt masculi puberes feminæ yes

XI. Viri potentes, sive patres familias sint, sive filii familias
cum tamen si filij familias sint consensum habeant parentum
quorum sunt in potestate *Inst. b. i. in princ.* Porro
cum generaliter tradatur ipso jure in omni negotio jus-
sum parentum debere præcedere *I. 25. §. p. sum ff. de ac-*
quirend. heredit. Dubium non erit quin tale nobile nego-
tium jussum & consensum parentum requirat.

XII. Deniq; jure Divino necessarium esse con-
sen-
sum parentum ad nuptias contrahendas, facile est proba-
re: Et quidem ex quarto præcepto decalogi quo mone-
mur paretes honorare, honore quippe non minimo ma-
trimonio se copulaturus parentes spoliat contenitum eo-
sum prætereundo; sic *Exod. 21. & 22.* Ius divinum hanc
potestatem parentibus locandi liberos tribuit: Ubi aper-
te Textus inquit, *si seduxerit quis virginem non dum de sponsa-*
sam dormierit q; cum eā, dotabit eam & habebit uxorem si vero
pater virginis dare noluerit, pecuniam dabit juxta modum doris.
Hinc Evidens est potestatem parentum in liberos, jure Di-
vino stabilitam esse: item *Coloss. 3.* Filij obedite parentib;
in omnibus; hoc enim placet Domino: Summa in jure
Divino passim consensum parentum adhibere mone-
mur, quos omnes locos citare usq; adeo prolixum
foret.

XIII. Expressus an tacitus sit parentum consensus
nihil inter est: Quia a quæ nuptijs prodest: Nam non
evidenter dissenties nec alicui rei aperte contradicens co-
sentire intelligitur *I. in spons. ff. de spons.* Consensisse n. ex-
stimator qui sciens non contradixit. *I. si proponit cod*
de nuptijs.

XIV. Ex hisce supra traditis probationibus robora-
tur opinio nostra. Quid consentius parentum præcede-
re debeat; nisi in certum sit ubi parens vivat vel degat.

I. si ita de ritu Nupt. Vel si parens de portatus I. si pater ^{et}
I. ult. lib. 9. tit. 51. Cod. vel furiosus aut mente captus esset.
I. si furiosi cod. de. nupt. l. 9. ff. de ritu Nupt. furiosus enim
absentis loco est I. ubi ff. de verb. obligat l. 28. de Episcopo
si aud. cod. Nam liberis propter aegritudinem mentis
consulere non potest magis quam absens.

XV. Sciendum est insuper conjugium liberorum,
quod ab initio ob detectum consensu parentum invalidum est, propter eundem tamen subsequentem convallidari & firmum reddi. Ratio est quia parens tanquam superior, si voluerit potest habere ratum quod per filium
~~a~~ tu est c. 2. juncta ibi gloss. in verb. ratihabitio de pact. Quaoe-
gem cum matrimonia sine consensu parentum inita,
dicantur jure civili invalida, intelligenda sunt illa, que
neq; ad initio neq; postea consensu parentum appro-
bayit; non autem illa que post intervallum a parenti-
bus rata habentur.. Nam haec ob ratihabitionem ex-
pressam vel tacitam convalidantur.,

XVI. Præter consensum contrahentium legitima
personarum conjunctio exactè affinitatis & consanguini-
nitatis tam naturalis quam civilis, justam distantiam exi-
git: Alioquin hæc non obseruatæ in copulatioib; bus,
incesta, nefaria, irrita ac injusta, redduntur matrimonia
Ita ut nec vir a. e uxor nec cōjugiū esse intelligatur Inst.
hoc tit. § 12. l. 6. cod. lib. 5. tit. 5. Unde Justinianus hinc progra-
tos in patria potestate non esse inquit ead. tit. § 5. Quia
neq; naturales, neq; legiti, sed incestuosi illegiti inq;
sunt. Et vulgo spuri appellantur Inst. hoc tit. §. si adver-
sus. Vid. jus Nostrum c. 18. 19. l. l. 13. 14. St. L. Erfha. b.
& c. 10. l. l. 15. St. L. Erfha. b.

XVII. Cum per plurimum ergo matrimonio ob sit
consanguinitas (quis est quasi sanguinis unitas dicta) volu-

pe est arborem consanguinitatis tradere, quæ est demonstratio secundum, quam personarum distantia quo ad jus sanguinis discernuntur. In hac consideranda est linea 1. Recta, 2. Transversa, 3. Collateralis. Quatum omnium veneratione à nupijs abstinere passim monemur.

XVIII. Quin inter ascendentes & descendentes qui in rectâ cognationis linea sunt, & inter eos qui parentum liberorumve locum obtinent matrimonia prohibeantur dubium non est. Nam hæc in infinitum vetita sunt *Inq. hic tit. §. 1. l. 17. cod. lib. 5. tit. 4.* Et perpetua est hæc prohibitio nullo certo fine conclusa. *Vid. tit. 8. inst. iuris Canon. Cœchi lib. 3.* Tam jure Divino *Genes. 2. Levit. 18.* *eg. 20. 1. corinth. 5.* Quam jure naturali atq; omnium Gentium: *Quis enim hominum est, qui non fastidit nuptias cum matre vel patre, filio vel filia suâ ambire?* Præcipue cum in historijs bruta animantia tales coitum recusasse prohibeatur.

XIX. Natura deniq; & lex repugnant inter eos quos quæ contrahi matrimonium, qui in transversa linea sunt, utpote inter patrum & neptem ex fratre *Inst. b. tit. §. 3.* avunculum & neptem ex sorore; Atq; ita consequenter.

XX. Inter collaterales, qui in tertia cognationis linea sunt, eorumq; liberos usq; ad quartum gradum inclusivè matrimonium inter dicitur conf. *Nobilit. Dn. Præsid. Disp. de jur. perf. Th. 22. 3. o. din int. de Eccl. de nupt.*

XXI. Porro, affinitas non leve est impedimentum matrimoniorum. Dicitur enim sic quia est quasi duorum diverse cognationis ad unum finem unitas. Minime ergo sci tu in utilis. Nec alienum est hic loci de affinitate diserrere; Quoniam quædam iura matrimonialia circa affines servandas

wanda sunt; Nam eos qui affinitatis causa parentum sibi
herorumq; loco habentur matrimonio copulari; et eas est
h: non facile. hos itaq; ff. de grad. & affinib,

XXII. Definitur arbor affinitatis quod sit indaga-
tio proximitatis periorum ex nuptiis ortarum Inst: jur. cano.
lib. 3. b. tit. Caret hæc affinitas omni consanguinitate
h: est. Sangvinis parentela. In affinitate autem exi-
stunt vitricus & privigna, noverca privignus &c. Omnes
quæ illi qui consangvineis meis copulati sunt, in affinita-
te mecum esse jura docent.

XXIII: Tria sunt Genera affinitatis, quorum vene-
ratione cautè nuptiæ incundæ sunt, inter quæ primum
genus, prohibitionem conjugij maximè observandam
habet. Et contrahitur hoc primum genus mediante
una persona. E. G. Ut si queratur quoto in genere affi-
nitatis, quispiam sit cum sororis sua marito, R. In pri-
mo genere cum esse. Quia mediante una persona nepè
sorore cōtracta est affinitas'. Quod hāc Regulā firmatur:
*In quo gradus consanguinei uxoris, sunt uxori jure consanguini-
tatis, eo gradus sunt marito jure affinitatis. Jam frater, cum,
sorore est in primo gradu consanguinitatis, (puta secun-
dum ius canonici quod ut plurimum in matrimonij observatur)
ergo cum marito in primo genere affinitatis esse de-
bet.*

XXIV. Secundum Genus affinitatis contrahitur me-
diante primo E. G. sic sororis meæ jam defunctæ mari-
tus (qui mihi est affinis in primo genere) duxit aliam uxorem,
hæc jungitur mihi vicilim in Secundo genere affinita-
tis per maritum, qui in primo existit. Tertium Genus
contrahitur mediante tribus personis: Nam persona adje-
ta secundo generi constituit tertium. Ex his primum saltem

genus affinitatis matrimonij obest: Secundum & tertium non item; Hinc est quod pater & filius possunt alter matrem alter filiam, duo fratres duas sorores, & frater sororis sue defunctae maritis defuncti uxore ducere; Quæ matrimonia non raro in patria nostra contingunt. Et haec de consanguinitate & affinitate breviter dicta sunt.

XXV. Deniq; matrimonia alia sunt licita alia illicita, licita sunt omnia illa quæ non prohibentur natura, legi vel honestate. Illicita autem e contraria.

XXVI. Circa matrimonia reperiuntur dotes, quæ sunt materiae cohærentes, nam dotes sine matrimonij esse non possunt l. 3. ff. de jure dot. l. final. de donat. ante Nupt. l. fin. cod. de repud. Matrimonia autem sine dotibus esse possunt licet raro contingat. Verum non accipendum est hoc verbum dotis hic loci largissime, nam in illa significatione denotat quidquid nobis præcipuum sive à naturâ sive ab hominibus datur: Sed strictè & proprie pro ea dote quæ inter contrahentes matrimonium requiritur.

XXVII. Hæc donatio quæ circa matrimonia versatur est triplex tam injure R. quam svecano: prima in jure R: sunt Arrha sponsalitiae, quæ matrimonium antecedunt. Secunda est Dos, quæ marito ad onera matrimonij sustinenda datur. Tertia est donatio propter nuptias, quam maritus dat uxori in compensationem dotis.

XXVIII. In jure svecano itidem tres sunt. 1. Förningh c. 7. L. & 6. St. E Giff. b. 2. Medgiffi eller hem fölghje. 12. L. 18. St. E Giff. b. 3 Morganatica sive svecicæ Morgongåfira c. 10. L. 9. St. E Giff. b. vid collat. juris R. & Sve: Nobiliss. Oyllen Stä pens. h. th.

XXIX. Amittitur hæc Donatio legitimis modis 1.
Arrhas sponsalitis accipiēs, si nuptias recusaverit, nō tan-
tū acceptas amittit secundum jus Romanum, sed tantū-
demi de suo reddere cogitur. *l. fin. cod. de spons.* Si vero
sponsalia *Datus* caūia resolvuntur, arrhas tantum *Datus*
perdit. In jure autem Nost: Arrhas accipiens non majo-
ri pœna afficitur quam *datus*, si sponsalia solvat. c. 2. §.
5. *Giss. b. L. L.* bōte thet ihera *Wiske* per tre market som stile
nader wälde och hafui forgiort förmingh sine wälde/ the the-
bādin thā hafwe förgiort förmingh halftwa hvarthera. 2.
Dotem maritus perdit quando uxor occisa fuerit & ma-
ritus homicidam novisset, tamen necem uxoris non vin-
dicasset. Quia tum æqvum est virum ob neglectum
Charitatis officium dotem non sperare & lucrifacere *l. si*
ab hisibz §. si vir. ff. solut. matr. vel si uxori a grontanti quæ
ex illo mōrbo mortua fuisset, maritus alimenta non admi-
nistrasset, quia necare videtur alimenta non administras-
l. necare ff. de lib: agnoscend. 3. Donationem propter nu-
ptias quæ svetice *Morgångoffwa* dicitur, uxor propter ad-
ulterium perdit c. ii. L. L. 10. *St. L. Giss. b.* Et mari-
tus eam, uxore sine libertate decedente recipit c. 9. *Giss. b.*
St. L. §. 4. uxor vicissim marito mortuo eandem obtinet.
c. 10. Giss. b. L. L.

X X X. Solvuntur matrimonia Duobus modis
Morte & *Divortio*: Morte quin finiantur tam ci-
vili quam naturali dubium non est. *Divortium* igitur
est legitima separatio mariti & uxorū hoc est
Divortium est maris & faminæ ob certas cau-
sas secundum leges facta desertio: Hinc nefarias & inus-
tiles nuptias qui contraxerunt divortio opus non habent,
quia non sunt mariti & uxores, ut supra dictum est.

Permititur divortiū ex iure civili varias ob causas, ex iure
Divino plerumq; & potissimum propter adulterium
Math. 19. cuius mōēnit lex Nostra. c. 9. §. 4. &c. 10. St. L. Giff. b.



Corollaria.

I.

Tutoris praecipuum officium est ne indefensum re-
linquat pupillum l. 30. D. lib: 26. h. t. conf. c. 24.
Zing. b.

II.

Nuda Tutoris literarum imperitia à Tutelā non excus-
sat.

III.

Tutores pupillorum secundum jus svecanum casus for-
tuitos præstare tenentur c. 15. Giff. b: St. L.
Quod tamen sequentibus verbis ejusdem ca-
pitis limitatum & restrictum videtur.

IV.

Tutores, vel curatores si actiones calumniosas pupillo-
rum vel adulorum nomine instituant; condemnari
oportet. l. 6. cod. lib. 5. tit 37.

V.

Male Tutelam & carat elam gerit augens sua commo-
da pupillorum incommodo.

VI.

Tutores dantur triplici modo 1. lege & hi legiti-
mi

mi 2. Testamento, hi Testamentarij 3. Authoritate magistratus hi Dativi nuncupantur.
Dativus Tutor non datur nisi deficiente legitimo & Testamentario c. 15. Cifst. Et. L. S. I.

V.II.

Æqvum est ut legitimus & Testamentarius tutor in maiore in pænam incurrat, dum Tutela ob ipso male administratur, quam solum legitimus & non Testamento Datus.

VIII.

Pupillo datur actio contra Tuto rem de administratione, dum annos Tutelæ destinatos excesserit.

SOLI DEO GLORIA.

N.

Natalium splendore, doctrinā, vita morumq; intigeritate
se conspicuo Iuvenis;

DN. B E N E D I C T O Quidfeldt/
Juris studio impigerrimo, amico & conterraneo suo
perdilecto, de lute Connubiorum docte differenti
S A C R I C O N J U G I J, T H E M I D O S cultor **B E N E D I C T E,**
Quæ sint iura doces themate rite tuo.
Perge bonis avibus captum persexere filum,
Ut fias Patrij flosq; decusq; soli.

honoris & amoris ergo apposuit.

N I C O L A U S L A U R. N T C O P:
Log. & Poet. Prof.

Haud coniunx casu certa sed lege paratur.
Et in consensu robur amorq; terti.
Fatum coniugii quis non miretur? ametq;
Huius quem gnarum docta Minerva facit?
At bene dicta tibi cum res sit huc Bened. Et,
Omnia non vano pol benedictus eris.

Non tam moris quæ honoris & amoris ergo facieb.

A X E L I U S A N D R E E K.

Acad. Biblioth;

Utriusq; juris illq; studiosissimo, **Dn. Responsuro Comm̄o**
fali & convictori per aliquot tempus lavavimus.

Aμφοτέρος δέ δικῆς πενδασ τα φιλογάμω
συγχαίρω πενδαῖς σωτρόπεο γέδε ἐμοῦ!
τὸς τοιούτως Γαληνὸς ἀκριβῶς βενέδικτε διδάσκεις
ἴνα φίλης γαληνὸν παρθένικον τέ χόρη
κύμφιο τῶν Μεσῶν Θεριδῶν φιλοκάρθενε χάρη
χαῖρε ἀπὸ θεριδῶν: καὶ γάμε τὴν Θεριδῶν
φιλοκύμφιον ένεκα ἐξ ἀδικού ἐγράψε
ἐναγχολέμφειον
E R I C U S J O H: J U S T A N D E R A b o v F i n: